

Art. 4.º La contravención á lo dispuesto en el artículo 1.º de este Decreto, dará lugar á la multa de que trata el artículo 9.º del Decreto número 47, sobre Prensa.

Art. 5.º El término señalado para que según el artículo 17 del Decreto en cuestión pueda empezar la publicación de los periódicos, deberá contarse desde el día en que se reciba la manifestación en el Ministerio de Gobierno ó en la Gobernación de los Departamentos.

Art. 6.º El presente Decreto regirá desde su publicación en el *Diario Oficial*, y se insertará en todos los periódicos que se editen ó lleguen á editarse en lo sucesivo dentro del territorio de la República, inmediatamente después de que se haya terminado la publicación del Decreto número 47 de 1906, sobre Prensa.

Comuníquese y publíquese.

Dado en Bogotá, á 15 de Febrero de 1907.

R. REYES

El Ministro de Gobierno,

D. EUCLIDES DE ANGULO

LA IGLESIA

ORGANO OFICIAL DE LA ARQUIDIOCESIS DE BOGOTÁ

Año II—Vol. II } Mayo 1.º de 1907 } Núm. 8

DECRETUM

SANCTÆ FIDEI NEOGRANATENSIS IN COLUMBIANA
REPUBLICA

Novæ Denominationis Archidiœcesis.

Obsequiose exposuit SSmo. Dno. Ntro. Leoni PP. XIII
R. P. D. Bernardus Herrera Restrepo Archidiœcesis Sanctæ Fidei Neogranatensis in Republica Columbiana Archiepiscopus, alias existere in novo Mexico, in Republica Argentina Episcopales civitates, quæ hoc nomine Sanctæ Fidei appellantur; ex quo fit ut interdum occasio præbeatur erroribus, præsertim cum litteræ ab Apostolica Sede ad illorum locorum Ordinarios expediuntur. Significavit insuper idem Antistes principem civitatem suæ Archidiœcesis, quæ pariter Reipublicæ Colombianæ princeps est, in omnibus documentis tum publicis tum privatis, BOGOTÁ simpliciter appellari, ac veterem denominationem, nempe Sanctæ Fidei Neogranatensis, fere ab omnibus hodie ignorari. Hisce de causis prædictus Archiepiscopus Sanctitati Suæ humillime supplicavit, ut actualis denominatio SANCTÆ FIDEI NEOGRANATENSIS, qua Archidiœcesis Bogotensis hodie appellatur in posterum mutetur; ita ut eadem Archiepiscopalis Ecclesia cum respectiva Antistitum denominatione, BOGOTENSIS IN COLUMBIA vocetur. Sanctitas Sua, me infrascripto Sacræ Congregationis rebus Consistorialibus præpositæ referente, earum quæ a præfato Archiepiscopo relata sunt, ratione habita, oblatis precibus benign-

ne annuendum censuit, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, suppressa veteri denominatione Sanctæ Fidei Neogranatensis, qua usque nunc Metropolitana Ecclesia in civitate BOGOTA existens appellata est, decrevit et mandavit ut in posterum Archidieceps Sanctæ Fidei Neogranatensis, cum respectiva Ordinariorum denominatione ARCHIDIECESIS BOGOTENSIS in COLUMBIA in actis ecclesiasticis appelletur et nominetur: jussitque hac super re præsens expediri Consistoriale Decretum, et referri inter acta ejusdem Sacræ Congregationis Consistorialis.

Datum Romæ, hac die 8 mensis Junii anno Domini 1898.

CAROLUS NOCELLA,
Sac. Congr. Consist. Srtus.

Concordat cum originali.

Bogotæ, die 20 Augusti 1898

✠ BERNARDUS,
Archiepiscopus Bogotensis.

Metropolitane Ecclesie Bogotensis in Columbiana Republica

TITULI HONORARIJ

Primalialis.

Supremus Reipublicæ Columbianæ Magistratus SS. D. N. Leoni PP. XIII humiles preces obtulit eum in finem ut Archiepiscopus Metropolitanæ Ecclesiæ Bogotensis in eadem Republica, qui ad hæc usque tempora, antequam Episcopales Sedes Popajanensis et Carthaginensis in Indiis, ad dignitatem et honorem Archiepiscopalem eveherentur, unus penes omnes Reipublicæ Columbianæ Episcopos jure metropolitico fruebatur, honoris causa Primalis titulo apostolica benignitate decoraretur. Sanctitas Sua,

rebus omnibus mature perpensis, attenta Metropolitanæ Bogotensis Ecclesiæ dignitate et vetustate, ac testimonium suæ dilectionis exhibere cupiens Bogotensi Archiepiscopo actu existenti, oblati a Columbiano Gubernio precibus benigne annuendum censuit, ac propterea ex certa scientia deque apostolicæ potestatis plenitudine R. P. D. BERNARDUM HERRERA RESTREPO actu Archiepiscopum Bogotensem, honoris causa, titulo dumtaxat et nomine Primalis provinciarum Ecclesiasticarum Columbianæ Reipublicæ insignivit et decoravit, eundemque honorem eodem modo in perpetuum legitimis ejus successoribus concessit et impertivit; firmis tamen in omnibus ac plene permanentibus juribus, auctoritate, prærogativis, et præminentibus Delegati Apostolici in Columbiana Republica existentis.

In executorem autem hujus decreti, perinde valituri ac si Litteræ Apostolicæ in forma Brevis vel sub plumbo super præmissis expeditæ fuissent, eadem Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. D. Antonium Vico Archiepiscopum tit. Philippensem et in Columbiana Republica Delegatum Apostolicum, cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamcumque aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, injuncta eidem obligatione mittendi intra sex menses ad Sacram hanc Congregationem exemplar authentica forma exaratum executionis peractæ; mandavitque hac super re præsens fieri Consistoriale Decretum, et referri inter acta Sacræ hujus Congregationis Consistorialis.

Datum Romæ die 7 Novembris anni Domini 1902

CAROLUS, Patriarcha Constantinopolitanus.
Sac. Congr. Consistorialis Srtus.

NOS DOCTOR ANTONIUS VICO

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

*Archiepiscopus Philippensis.**Apud Columbiae Rempublicam Delegatus Apostolicus
et Extraordinarius Legatus etc. etc. etc.*

Nobis qui Decreta Sanctæ Sedis executi sumus data ad augendum hujus Reipublicæ Episcopatum, eumque in varias Provincias Ecclesiasticas distribuendum, nihil jucundius contingere poterat quam executores modo deputari novæ dispositionis, qua SSmus. D. N. Leo Papa XIII eximio huic operi cumulum adjecit. Testata siquidem vult Sanctitas Sua præclara merita vetustæ hujus Sedis Bogotensis ac dilectionem qua prosequitur Rmum. ejus Præsulem, decernendo ut tam Sedes quam Titularis pergant primi esse honore qui hucusque primi erant Metropolitica jurisdictione.

Quapropter utentes Apostolica Auctoritate ad id Nobis delegata, declaramus Illmum. et Rmum. D. BERNARDUM HERRERA RESTREPO actu Archiepiscopum Bogotensem omnesque ejus legitimos Successores, honoris causa, titulo dumtaxat. et nomine Primatis Provinciarum Ecclesiasticarum Columbianæ Reipublicæ a SSmo. Domino Nostro Leone Papa XIII per præcedens Consistoriale Decretum, in perpetuum insignitos et decoratos esse; firmis tamen in omnibus ac plene permanentibus juribus, auctoritate, prærogativis et præminentis Delegati Apostolici in Columbiana Republica existentis.

Volumus autem ut præsens executionis Decretum plenariam suam vim exerat crastina die 3.^a hujus mensis qua Orbis catholicus celebrabit jubilæum Coronationis Sanctissimi Domini Nostri Papæ Leonis XIII.

Datum Bogotæ ex Ædibus Delegationis Apostolicæ hac die 2.^a mensis Martii anno millesimo nongentesimo tertio, qua die idem SSmus. Dominus annum nonagesimum quartum ætatis Suae inchoat.

ANTONIUS, *Archiepiscopus Philippensis,
Delegatus Apostolicus.*

*Alexander Solari,
Scrius.*

S. R. UNIV. INQUISITIONE

Duo solvuntur dubia circa gradus alchoolicos fermentationemque vini pro Missæ sacrificio adhibendi.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus Tarraconensis in Hispania, ad pedes Sanctitatis Tuæ provolutus, humiliter exponit, Tarraconensem regionem optimis vineis abundare, ex quo fit ut vinorum commercium ad exterarum nationes protrahatur, et quamplurimi populi, Americæ præsertim, a nostris viniculis et mercatoribus vinum ad S. Missæ Sacrificium conficiendum emere soleant.

At dubium hac super re a r. p. d. Episcopo Massiliensi dudum propositum, et lata a S. Rom. et Un. Inquisitione feria IV, die 30 Julii 1890 relativa responsio vinicolas ipsos et mercatores curis et anxietatibus affecerunt. Vina enim dulcia, quæ hac in regione conficiuntur quæque magnopere a Sacerdotibus pro Missæ celebratione desiderantur, post primam fermentationem jam duodecim vis alchoolicæ gradus exsuperant, ad quos massiliensia nec permissa succi alchoolici additione pertingunt.

Nihilominus ut hæc generosa et dulcia vina, licet majori, qua massiliensia, virtute prædita, ad exterarum nationes tuto exportari queant, decem et octo vis alchoolicæ

gradibus polleant oportet; secus enim propter ipsam eorum dulcedinem novis fermentationibus sunt obnoxia, et in maris transmissione ut plurimum acescunt.

Quam ob rem vinarii nostri mercatores eosque inter maxime Augustinus Muller, vir de religione catholica optime meritis, gratiam implorant ei similem quæ Episcopi Massiliensis supra laudati votis concessa fuit, facultatem videlicet roborandi spiritu seu alcool, ex genimine quidem vitis extracto, vina præsertim dulcia, ita ut ea quæ naturaliter plus minusve ad quindecim vis alcoolicæ gradus pertingunt, ad octodecim increscant. Ita enim eorum impeditur corruptio, quam iteratis fermentationibus subire solent, tutiusque evehi possunt ad exterarum nationes quæ apto vino carent ad decorose litandum.

Præterea, ut aiunt, in nonnullis Hispaniæ regionibus viget perantiqua consuetudo, qua plures Sacerdotes vinum pro S. Missæ Sacrificio sibi faciunt præmissa vel ignea musti evaporatione vel uvarum ad solis radios exsiccatione; qui mos cohonestari videtur declaratione S. Officii de die 22 Julii 1706 circa vinum ex acinis uvæ passæ confectum.

Hisce præhabitis, ad omnem in re tanti momenti dubitationem auferendam, Archiepiscopus Orator humiliter declarari postulat:

I. Utrum prælaudatis vinis, præsertim dulcibus, pro eorumdem conservatione tantum spiritus seu alcool ex uva deprompti addi queat, ut ad septemdecim circiter vel octodecim vis alcoolicæ gradus increscant, quin cesset exinde esse materia apta pro S. Missæ Sacrificio?

II. Utrum licitum sit ad S. Missæ Sacrificium faciendum uti vino ex musto obtento, quod ante fermentationem igneam condensatum est?

Feria IV, die 5 Augusti 1896

In Congr. Gen. S. Rom. et Un. Inq., proposita scripta instantia præhabitoque Rmorum. DD. Consul-

torum voto, EE. ac Rmi. DD. Cardinales Inq. Gen. respondendum decreverunt:

Ad I. Attentis noviter deductis, dummodo in casu proposito spiritus extractus fuerit ex genimine vitis, et quantitas alcoolica adjungenda, una cum ea quam vinum, de quo agitur, naturaliter continet, non excedat proportionem septemdecim vel octodecim pro centum, et admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa, ut aiunt, defervescere inceperit; nihil ob stare quominus idem vinum in Missæ Sacrificio adhibeatur.

Ad II. Licere; dummodo decoctio hujusmodi fermentationem alcoolicam haud excludat, ipsaque fermentatio naturaliter obtineri possit, et de facto obtineatur.

Sequenti vero fer. VI, die 7 dicti mensis, SSmus. D. N. Leo div. prov. PP. XIII, in solita Audientia r. p. d. Adressori S. Officii impertita, relatas sibi EE. Patrum resolutiones benigne adprobare dignatus est.

*Fos. MANCINI,
S. R. et Univ. Inquis. Notarius.*

CARTA DE NUESTRO SANTISIMO PADRE EL PAPA PIO X

Á LOS OBISPOS DE LA REPÚBLICA DE BOLIVIA

A nuestros Venerables Hermanos el Arzobispo y los Obispos de Bolivia, salud y bendición Apostólica.

Afligido por los infaustos acontecimientos que muy cerca de Nos se verifican, quisiéramos, para dar tregua á nuestras penas, esparcir el ánimo tratando familiarmente con vosotros y buscar en vuestra patria, como en país señaladamente favorecido por la religión, algún alivio. Desgraciadamente encontramos también entre vuestros ciudadanos y sobre todo entre quienes debieran promover junto con la prosperidad de la República el bien espiritual,

gérmenes fecundos de hondísimas discordias, y esto ha venido á centuplicar nuestras angustias. Ni podía ser de otra manera: aquella nación que hasta hoy no permitía sino el culto católico en sus establecimientos públicos, acaba de franquear la entrada de ellos á todas las sectas, sancionando la llamada libertad de cultos y abrogando el artículo constitucional que trataba de la religión del país: la que en guarda del honor debido al carácter sagrado mantenía incólume la inmunidad del fuero eclesiástico, ahora, con la ley votada en el Congreso, hace alarde de no tener cuenta con el privilegio de la jerarquía: la que haciendo cabal estima de la naturaleza y dignidad del matrimonio cristiano respetaba los derechos propios y genuinos que la Iglesia tiene sobre la unión conyugal, ahora, con osadía nefanda, invade los dominios de la potestad eclesiástica permitiendo contraer matrimonios civiles ó imponiéndolos como necesarios. Bien se os alcanza, á vosotros y á vuestro pueblo, cuán injuriosas son para la Iglesia estas medidas, cómo sirven ellas de obstáculos á la virtud y al recto proceder y cómo retroceden así las naciones en la senda del verdadero progreso. Tenemos la convicción íntima de no haber faltado nunca en el empleo de los medios juzgados á propósito para alejar de la religión y de vuestra patria tamañas desventuras; y para no omitirlos al presente, elevamos ante vosotros nuestras quejas por la expedición de tan inicuas leyes. La conciencia del deber nos apremia, pues que habiendo recibido el encargo de apacentar el rebaño entero de Jesucristo, estamos en la obligación de desplegar asidua vigilancia á fin de que la gran familia cristiana no padezca daño. Así que, debemos cuidar ante todo de los santísimos derechos de la Iglesia, debemos enseñarlos, sostenerlos y defenderlos, sin que sea parte á impedirlo ningún temor profano. Y como hay entre lo que puede influir de modo decisivo en el bien público y en el particular, puntos cuya sola explicación basta

para cegar la fuente de aquellos inauditos males que seguramente sobrevendrían á la sociedad doméstica y civil con el predominio de las falsas doctrinas, creemos necesario declarar cuál sea la verdadera índole del matrimonio cristiano, pues los gobernantes han perdido la memoria de ella y caído en gravísimos errores. Es menester que se hallen aprisionados en la tupida red de opiniones erróneas, quienes olvidándose del carácter sagrado del matrimonio, llegan hasta expedir y sancionar leyes atentatorias de los derechos que competen exclusivamente á la Iglesia. Nadie ignora que el matrimonio fue establecido por Dios *in officium naturæ* y que habiendo sido elevado por Jesucristo Conservador y Redentor del linaje humano á la dignidad de Sacramento, no puede darse unión legítima entre esposos cristianos separada del Sacramento. Ahora bien: el régimen de los Sacramentos pertenece por derecho indiscutible y evidente á la Iglesia de tal suerte, que es propio de ella y no de la República legislar sobre el matrimonio, como sobre cosa sagrada y de su exclusiva competencia. Pretender que los mandatarios civiles tengan derechos sobre el matrimonio cristiano, es ciertamente lesionar los derechos ajenos y pervertir la naturaleza de las cosas. En consecuencia: cuandoquiera que los cristianos se atreven á contraer matrimonio por el rito civil, en realidad fingen un simulacro de matrimonio, pero no hacen Sacramento, no se unen verdadera ni legítimamente, y, por tanto, los llamados efectos civiles, proceden monstruosamente de causa vana y nula. Siendo esto así, no podemos menos que deplorar é improbar procedimiento tan injusto como sacrilego, y dolernos y quejarnos públicamente porque los santísimos derechos de la Iglesia son conculcados por los que gobiernan con el nombre de católicos. No perdemos, con todo, la esperanza que se funda en el auxilio divino y nos lisonjamos confiando en que los gobernantes de Bolivia habrán de entrar en más concienzudas re-

flexiones y ejercitar la justicia asignando á cada cual lo que le corresponde: á la República los asuntos civiles, y los eclesiásticos á Nos y á la Iglesia. Persuádanse una vez más los mandatarios de que la práctica fiel de la religión engendra la prosperidad de la República, y de que el respeto á las leyes divinas conduce por modo maravilloso é indefectible á la escrupulosa observancia de las leyes civiles. A vosotros, Venerables Hermanos, á quienes ha cabido en suerte el cuidado inmediato de esa nación, os recomendamos atendáis con interés así á la próspera como á la adversa fortuna: á la primera para afianzarla y fomentarla, á la segunda para combatirla por medio de la oración, de la constancia y del trabajo. Como prenda de los favores celestiales y en testimonio de nuestra especial benevolencia, os impartimos amorosamente en el Señor, á Vosotros lo mismo que á los fieles de esa República, la bendición apostólica.

Dada en Roma, en San Pedro, el día veinticuatro de Noviembre de mil novecientos seis, año cuarto de nuestro Pontificado.

PIO X, PAPA

La muerte real y la muerte aparente

(Continuación)

§ II

Mientras pueda abrigarse duda racional, por pequeña que sea, de si el hombre vive ó ha muerto ya, se le pueden y se le deben administrar los Santos Sacramentos.

47. La conclusión anunciada en el título de este párrafo tiene en su favor la doctrina común de los teólogos.

Todos hoy sostienen que al hombre se le pueden y se le deben administrar los Santos Sacramentos cuando es dudoso si vive ó ha muerto ya.

48. Véase lo que dice el P. Gury, *Comp. theol. mor.*, v. 2, n. 433. "Hinc licet absolvere conditionate in sequentibus casibus: 1.º in *dubio* an poenitens sit *vivus*, vel *mortuus*...."

49. Lo mismo enseña Lehmkuhl, *Comp. theol. mor.*, v. 11, n. 273: "Præcipuæ autem occasiones, in quibus absolutio conditionate dari potest, aut pro necessitate poenitentis dari debet, hæc sunt: 1.º si *dubium* versatur circa *vitam et mortem* poenitentis, quamdiu non constat de incapacitate."

Scavini-Del Vecchio, v. 2, n. 693, escribe: "Fas est dare absolutionem sub conditione in *dubio*, an poenitens... sit *vivus*."

50. Así es que el P. Villada, *Casus* (v. 3, p. 244, ed. 1), entiende que durante los seis primeros minutos que siguen al instante vulgarmente llamado de la muerte, es dudoso si el hombre vive todavía ó en realidad ha muerto, y afirma que durante todo ese tiempo le pueden ser administrados los Santos Sacramentos. Y porque en los casos de muerte repentina juzga que esta probabilidad se extiende mucho más, sostiene que durante ese largo tiempo puede tener lugar dicha administración. (*Ibid.*)

El P. Noldin, *De sacram.*, n. 238, nota, cita y sigue al P. Villada. También le sigue Alberti, *Theol. pastor*, par. 1, n. 18, vi.

51. Cuanto al P. Génicot, después de hacer notar lo difícil que es saber si el hombre ha muerto, aunque le falte la respiración, el pulso y los latidos del corazón, concluye que se debe administrar la Extremaunción á los que hace poco que, *al parecer*, han muerto. "Quare ubi non est timendus contemptus sacramentorum in adstantibus, præstabit inungere eum qui brevi antea expirasse videtur, potissimum si nullus medicus mortuum esse testatus fuerit." *Theol. mor. inst.*, v. 2, n. 422. y en los *Casos* (v. 2, tr. xvi, c. 3, cas. 4), añade: "Ubi jam mortuus apparet ægrotus, antequam unctiones dari cœperint, diligenter cavendum est

ne sacramentum irrisioni impiorum exponatur. Quare si adstantes parum pii vel ignoti sunt sacerdoti, præstabit expectare iudicium medici neque inungere eum, qui nulla vitæ signa præbeat, antequam ille pronuntiaverit mortem minime certam esse.... Aliter dicendum putamus si adstantes pii sunt vel saltem manifeste sinceri et religionem venerantes. Quamdiu enim nullus medicus dubium dirimerit, præstabit sub conditione sacramentum conferre, declarata ratione ob quam ita agatur."

52. Cuán tenue probabilidad de que el hombre todavía no haya muerto sea suficiente para que podamos administrarle los Santos Sacramentos, dedúcese claramente de lo que los autores enseñan en casos análogos. Porque enseñan comúnmente los teólogos que en los casos de necesidad extrema, como ciertamente es el nuestro, se pueden y se deben administrar los Santos Sacramentos, aunque el valor de ellos sea muy dudoso, por faltar, al parecer, alguno ó algunos de los requisitos esenciales, aunque la probabilidad de que valdrá el Sacramento sea muy tenue y poco fundada, aunque esta probabilidad se apoye en la opinión ajena y no en la nuestra.

53. No es difícil demostrar estas afirmaciones con textos clarísimos: "Quoties de existentia conditionis dubitatur, quae ad validam administrationem necessario requiritur. Extrema-unctio non secus atque alia sacramenta sub conditione, quod illa res adsit (*si vivis, si baptizatus es...*) administrari potest et debet." Noldin, *De sacram.*, n. 444.

"Ubi adsit (*in extrema necessitate*) tenuis aliqua probabilitas de materia idonea sacramenti hac uti licet." Ballerini-Palmieri, vol. v, n. 238, ed. 3.

54. "Nec obstat quod attritio et confessio in istis destitutis sensibus in actu peccati *valde dubiæ* sint; quia in casu extremæ necessitatis, etiam in sacramentorum administratione licet uti probabilitate *tenui et parum fundata*." Marc, *Inst. mor.*, vol. II, n. 1855.

"Absolvi *potest et debet*, saltem *conditionate*, quilibet moribundus in quo attritio et confessio præsumi possunt *aliquo modo*, quantumvis *infime probabili*; quia in casu extremæ necessitatis etiam in sacramentorum administratione licet uti opinione etiam *parum fundata*." Bucceroni, *Theol. mor.*, vol. II, n. 753.

55. Ni son menos terminantes las palabras de los antiguos y grandes maestros La Croix y San Ligorio. El primero enseña: *Est gravis obligatio ex charitate ut sacerdos in extrema necessitate proximi operetur ex opinione probabili saltem aliorum*, ut habet communis cum Moya, n. 35; imo opinio etiam *tenuiter probabilis* practicari debet si alias proxime periclitaretur salus æterna proximi, uti tenent multi et graves auctores cum Sanchez, Moya a n. 38. Vind. Gobat., n. 27; Viva in append. ad propos. damn., § 11, quos secutus sum, lib. I, n. 366...., nam periculum frustrandi sacramentum pro salute humana institutum est minus malum, quam periculum amittendæ æternæ salutis hominis: atqui hæc opinio (la que enseña que se puede absolver *sub conditione* al moribundo privado de sentidos, aunque no se sepa que haya dado señales de penitencia) est *aliquo modo et saltem tenuiter probabilis*, ut ex dictis patet. Ergo. (Lib. 6, p. 2, n. 1261, § 7).

56. La doctrina de La Croix es la misma de S. Lig. y la común de los teólogos, como puede verse por estos textos de San Alfonso: "...quia in casu extremæ vel urgentis necessitatis licitum est uti materia *dubia* ex principio maxime apud theologos probato.... Hoc casu enim possumus uti opinione adhuc *tenuis probabilitatis*, ut recte ajunt Sanchez *De matrim.*, l. 2, d. 26, n. 8, et Dec., l. 1, c. 9, n. 25; Viva, dict., § 11. V. Ratio; et Croix, n. 1,162 cum Gobat et fuse probat Carden. in prop. damn. Innoc. XI, diss. IV, c. 7, n. 44 cum Navarr. Soto et Filguera. Ratio, quia necessitas efficit, ut licite possit ministrari sacramentum sub conditione in *quocumque dubio* per conditionem

enim satis reparatur injuria sacramenti, et eodem tempore satis consulitur saluti proximi. Et maxime hic advertendum quod sacerdos, *quando potest, tenetur sub gravi* absolute infirmum, ut dicunt Mazzota, l. 3, p. 364 et Suar. Vazq. Con...cum *communi* apud Viva, l. c." S. Lig., l. 6, tr. 4. *De poen.*, n. 482; *item*, tr. 2, *de Bapt.*, n. 103, donde dice "in extrema necessitate, si nequit haberi materia certa, potest et debet adhiberi *qualiscumque dubia* sub conditione... Et hoc procedit non solum quando est tantum probabilis opinio pro valore sacramenti, sed etiam quando est *tenuiter probabilis*..."

Elbel, l. c., n. 216 dice terminantemente: "Colliges etiam illum moribundum esse absolvendum sub conditione, de quo prudenter dubitatur, an, adhuc vivat.... Ratio est quia hoc sacramentum est administrandum in casu necessitatis, quoties affulget *aliquantula* saltem spes fructus inde percipiendi.

57. La razón es, como enseña la *Instrucción de Eichstadi*, n. 296, que en casos extremos hay que recurrir á remedios extremos, y más vale exponer el Sacramento á peligro de nulidad, que no al hombre á peligro de eterna condenación. "In hac extrema conditione, prudentiæ est etiam extrema tentare et sacramentum periculo potius nullitatis, quam animam ex defectu sacramenti periculo æternæ damnationis exponere malle." *Instruct. eystett.*, n. 296.

58. Ni en estos casos hay irreverencia para el Sacramento: 1.º, porque los Sacramentos han sido instituidos para bien del hombre, y, por consiguiente, deben utilizarse siempre que haya alguna posibilidad de salvarle; 2.º, porque se administran bajo condición, y, por lo tanto, si la condición no se cumple, no hay Sacramento; 3.º, además, si alguna menor reverencia hubiere, excusaría de ella, la extrema necesidad del moribundo. "Nec ideo fiet irreverentia sacramento, nam sacramenta sunt instituta ad salutem hominum: ergo non est contra eorum reverentiam, sed

maxime est secundum eorum finem, si prout possunt conferantur, ubi extreme periclitatur salus hominis. Deinde conditio salvat reverentiam sacramenti: si enim moribundus non sit capax, non fit sacramentum. Denique proximi necessitas excusat ab irreverentia, uti constat ex multis similibus casibus in l. 6, p. 1, n. 110 et 119 relatis." La Croix, l. 6, p. 12, n. 1.256 (al 1.156).

59. Resulta de lo dicho, que todos los teólogos admiten como principios ciertos: 1.º Que en caso de extrema necesidad hay que administrar los Sacramentos, aunque la probabilidad de que puedan ser válidos sea *muy tenue*. 2.º Que faltando materia ciertamente válida, debe emplearse la dudosa, lo cual es aplicable á todos los otros requisitos esenciales.

60. "Ergo omnes et Scotistæ et alii... supponunt duo principia certa:

a) In casu extremæ necessitatis omnia remedia, etiam *tenuiter probabilia*, posse et *debere* tentari;

b) Ergo in tali casu licere uti materia *dubia* ad administranda sacramenta saltem necessaria, si materia certa haberi nequeat." Pesch, *Præl. dogmat.*, l. c., n. 85.

61. Aplicando esta doctrina al asunto que venimos tratando, infiérese que se *pueden y deben* administrar los Santos Sacramentos á los hombres que *probablemente* aún viven, por más que vulgarmente se los crea muertos; y esto aun en los casos de que la probabilidad de que vivan sea *dudosa ó muy tenue y poco fundada*, y aunque tal probabilidad se funde en *opinión ajena* y no en la nuestra.

Tal era la aplicación que hacía el P. La Croix, l. c., n. 1.264 (al 1.164), por estas palabras: "Algunos médicos afirman que el alma racional permanece unida al cuerpo un cuarto de hora ó más, después que vulgarmente se juzga muerto. Luego, viniendo el sacerdote, después que alguno está así difunto, en aquel tiempo cercano debe absolverle, por lo menos bajo condición." Y

daba la solución en estos términos: "Respondo: si aquella opinión, ó *por razón* ó *por autoridad* se haga á alguno *dudosamente probable*, concedo la consecuencia."

N. B. La circunstancia de que los aparentemente muertos conservan no pocas veces expedito el uso del oído (véase lo dicho en el número 45 y siguientes) nos indica la conveniencia de que el sacerdote, al darles la absolución, les dirija antes alguna palabra con que les advierta que van á ser absueltos y así se hallen tal vez mejor dispuestos para recibir el Sacramento.

(Continuará)

Comentario canónico-moral sobre la Encíclica "Acerbo nimis"

(Continuación)

§ II

Los Párrocos y el clero en orden á la enseñanza del Catecismo prescrita por Pío X.

La obligación de enseñar el Catecismo, tal como lo prescribe Pío X en los artículos 1.º, 3.º y 4.º, pertenece á todos los Párrocos, y, en general, á cuantos ejercen la cura de almas. "Parochi universi, ac generatim quotquot animarum curam gerunt," dice Pío X. Vienen, pues, obligados á cumplir estos mandatos de Pío X, en primer término, los Párrocos, los Ecónomos y los llamados Vicarios independientes.

En segundo término, y como auxiliares de los Párrocos, toca esta obligación á los Coadjutores ó Vicarios de los Párrocos.

A los demás sacerdotes y á los clérigos inferiores no les comprende directamente este precepto, según el derecho común; pero el Prelado, si la necesidad lo pide, puede, á lo menos indirectamente, mandarles que ayuden al Párroco en obra tan de la gloria de Dios.

Muy especialmente puede (y en general debe) mandar que expliquen los domingos y días festivos el Catecismo en la Misa, cuantos Sacerdotes celebren en iglesias ú oratorios rurales, donde los concurrentes no suelen asistir á la parroquia. (Benedicto XIII en el Concilio Romano, año 1525, tit. 1, cap. v, aput *Collect. Lac.*, vol. 1, col. 348).

Benedicto XIV, en su Constit. *Etsi nimine* de 7 de Febrero de 1742, § VI *Bull. Rom. Prat.*, vol. 1, pp. 137, 138), aconseja á los Obispos: a) que hagan saber, y lo confirmen con obras, que no conferirán la tonsura, ni las Ordenes Menores, ni mucho menos las Mayores, á quienes no hayan ayudado al Párroco en la enseñanza del Catecismo, y b) que al conferir las parroquias y los otros beneficios, se tendrán muy en cuenta el celo que el candidato haya desplegado en este ministerio: "Gravissimis verbis (et verbis facta respondeant) affirmet Episcopus, numquam se facturum, ut Tonsura inauguret grandiores ætate, aut Minores, præsertim vero Majores Ordines iis conferat, qui in tradenda christiana doctrina operam suam parochis commodare neglexerint ... Denuntiet præterea, ac fidem præstet, in conferendo parochiarum, et aliorum beneficiorum jure, plurimum apud se ponderis et monenti habiturum studium et diligentiam in hoc opus a clericis collatum."

